

IV, 10. M. 1203.

Quae duo epistolae [Briefe von Jesus und Abgar] cum a sancti evangelii lectione sint ^a*penitus extraneae* et a beato Gelasio Romanae urbis antistite vel a ^b*ceteris aequè catholicis et orthodoxis viris* inter ^c*apochrifas* scripturas prorsus deputatae, non sunt in testimonium quodammodo producendae, quia ad ea quae in quaestionem veniunt adprobanda vel improbanda, sicut et ceterae apochrifae scripturae, ^d*minus sunt idoneae*

Nos eas inter apochrifa legentes ^e*omnia probamus* et, quae ^e*bona* sunt, ^e*retinemus*.

IV, 11. M. 1204.

Venerabilis itaque Gelasii pape, ^f*caeterorumque patrum doctrinis* instituimur ^g*vitae patrum Pauli Antonii Hilarionis vel ceterorum, quae a beato Hieronymo aut aedite sunt aut de greco in latinum sermonem translatae aut illorum doctorum sunt stilo digestae, quorum* ^h*cetera opuscula* ⁱ*a sancta catholica et apostolica ecclesia suscipiuntur, cum omni honore suscipere, ceteras vero,* ^l*quarum auctores ignorantur, inter apochrifas scripturas* deputare. Cum ergo illi [i. e. Graeci] imaginum adorationem modo divinorum eloquiorum commatibus inconpetenter adhibitis, modo ignotorum quorundam doctorum dictis, modo apochriforum neniis adprobare affectent, animadvertere debent rem se impossibilem agendam arripuisse, cum videlicet nec divinorum eloquiorum testimonia ad peregrinos sensus violenter nec valeant nec debeant usurpari, nec ⁿ*ignotorum praedicatio, quorum spiritus necdum* ^o*probati* sunt, an ex Deo sint, in testimonium debeat produci, nec apochriforum frivolis rebus ambiguis et necdum deliberatis firmitas valeat exhiberi.

II.

Entlehnungen.

I. Praef. *Ecclesia mater nostra pretiosissimo sponsi Christi sanguine redempta per universum orbem terrarum in pace diffusa* (9—11; M. 999). G. 39. 40. 130.

I. Praef. Nos denique *propheticis et apostolicis scripturis contenti et sanctorum orthodoxorum patrum, qui nullatenus in suis dogmatibus ab eo, qui est via, veritas et vita devia-*

a) G. 210. b) 224. 228. 257. D. 17. c) 328 f. d) 211.
e) 230. f) 17. g) 219 ff. h) 179 ff. i) 54. 97 usw. k) 221.
l) 210. 222. m) 264 ff. n) 210. o) 230.